



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1715. usque ad annum 1718

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 13322648

§. 62. Ultimus Rohanii & Bissy Cardinalium ceterorumque Acceptantium
conatus ad flectendos Renitentes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67649](#)

Sæc. XVIII. que ad S. Ordines promovendis formulariis de promittenda erga Constitutionem subjectione signandam tradidit, cumque Benedictini Abbatiae Montis-Majoris se formulæ Alexandri VII. subscribere paratissimos exhiberent, novam autem hanc formulam signare detrectarent, Archiepiscopus eis, Ordines conferre renuit.

§. LXII.

Ultimus Rohanii & Bissy Cardinalem ceterorumque Acceptantium conatus ad fleetendos renitentes.

Lafiteau l. c. Interim summo Pontifici nuntiatum erat, Rhemense Capitulum suam supplicationem in Archiepiscopi sui contumeliam & contemptum innovasse, eapropter cunctos Opponentes a fiducium communione per Bullam in universum Orbem transmissam segregare statuit: Eo comperto Acceptantes Episcopi, ut tantam ignominiam a suis Confratribus averterent, ultimum admoturi arietem, eorum impulsu Bisyus datis ad Papam literis eundem rogabat, ut hanc poenam, quamvis promeritam pro sua tamen benignitate differret, eoquod Serenissimus Regens ad ejus preces denuo amicas confitatio-

tationes pro obtinenda renitentium conciliacione haberi annuisset. Pontifex, Sæc. XVIII.
A.C. 1718. quamvis irritum ejusmodi consultatum successum priorum memoria atque experientia præ agiret, Tremolio nihilominus negotium dedit, ut citatis equis nuntium ad Regentem mitteret, qui eidem significaret, Papam has inducias concedere esse paratissimum, si spectatis renitentium animis Regens prospeli exitus spem facere posset, si vero intra unius Mensis terminum Parisis Romam hac super re nihil scriberetur, tum ulteriori moræ locum non fore. Advenerat hic Nuntius Parisios ineunte Mense Junio, & jamjam sequens Mensis ad medium vergebatur, quin responsum ad Papam fuisset delatum, imo aliis literis significatum, ineunte jam Mense Augusto hac super re nequidem hanc negotiationem suisse cœptam. Distulit nihilominus Pontifex severitate uti, tandem vero die octava Augusti prima habebatur consultatio, in qua Noaillius Cardinalis suum mandatum, unacum prolixa præfatione, doctrinæ summarium, & acceptationis typum Acceptantibus Episcopis exhibuit; cum autem vix non idem esset, ac illud, quod per Cardinalem Tremolium Noaillius Pontifici tradiderat, & ab hoc rejectum erat,

aliun-

Sæc. XVII^t. aliunde vero adeo prolixum esset, ut
A. C. 1718. sola præcepsque lectio in re tanti mo-
menti sufficere haud videretur, hinc
Rohanius & Bissyus hæc scripta sibi
seorsim examinanda tradi petebant: ab
repulsam passi, ne pacis consilia ru-
pisse crederentur, mox, quæ obli-
vanda putabant, proposuere, & qui-
dem in Noaillii præfatione notabant,
quod hic Sorbonæ aliorumque reniten-
tium petulantias contra Papam ejus-
que decreta intempestive approbarit, in
acceptationis autem typo nūl nisi con-
ditionatam, scilicet, si quædam propo-
sitiones sensum, in quo explicantur, habe-
rent, & restrixiāt quatenus has propo-
sitiones Noaillius duntaxat in sensu ex-
plicatis damnet, acceptationem pon-
deret. Rohanius vero Noaillio dūs
approbationis dignæ typos exhibuit,
in quorum primo doctrinæ summarium
fuit correctum, & in altero acceptatio-
relativa in absolutam transmutata une-
cum approbatione Instructionis Paito-
ralis a Clero Gallico 1714. editæ.
Verum utrumque rejicit Noaillus,
vehementer offensus, quod circa do-
ctrinam errasse argueretur.

§. LXIII